D. MELCHIORIS DE VALEN-TIA IVRIS CON-SVLTI HISPANI.

EPISTOLICÆ IVRIS EXERCITATIONES.

SIVE

EPISTOLAE

AD ANTONIVM FABRVM IVRIS Conſultũ Sebuſianum;

Cum eiuſdem ANTON. FABRI Reſponſis.

CVM PRIVILEGIO.

Salmanticæ. Excudebat ANTONIA RAMIREZ. Anno Domini M. DC. XXV.

D. MÆLCHIOR DE VALENTIA.

LECTORI S.

EXERCITATIONES has, ſiue congreſsiones, quondam à me iuuene habitas, cum Doctiſsimo noſtræ ætatis Iuris Conſulto, Optimo, & illuſtriſsimo viro Antonio Fabro, in publicum ſecundo edere ſtudioſorum vota cogunt; quibus non inuitus obtempero; tum ne eruditiſsimis, & ſapientiſsimis Antonij Fabri epiſtolis gloriam hanc inuiderem; cum quia ſemper glorioſum erit, cum tali tantoque viro in diſputationis arenam diſcendiſſe.

ILLVSTRISSIMO, ET DOCTISSIMO VIRO D. ANTONIO FABRO, IN SVMMO SABAVDIAE SENATV PRIMARIO PRAESIDI DIGNISSIMO, IVRISPRVDENTIAE PRINCIPI.

Melchior de Valentia S. P. D.

AGNOSCO equidem, vir doctiſſime, quidquid in iuris ſcientia profecerim, tuis ſcriptis deberi: quod cùm ita ſit, beneficiorũ lex poſtulabat, vt iam antea debitorem me tibi literarum obligatione profiterer; & feciſſem

Impellit autem gratia
pro beneuolis factis remuneratrix
ſubſequens. — *Pindar. Pyth. Ode. 2.*

ni tui nominis reuerentia intra modeſtiæ limites retinuiſſet. Verebar enim ne te publica negotia, cum mag-

SALMANTICÆ.

Ex Typographia AntoniæRa-
mirez, Anno 1625.